UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CDXVII. Cardinal Erzbischof Albrecht, Bischof von Halberstadt, confirmirt einen neuen Altar in der Pfarrkirche St. Nicolai zu Osterburg, am 2. September 1514.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56044

Visual Library

CDXVI. Kurfürſt Joachim's Lehnbrief für die von Kehrberg, vom 21. Auguſt 1514.

Wyr Joachim etc. Bekennen etc., nachdem dann verſchyner zeyt hennyng van kerberg zu krumel In gott verſtorben vnd ſeine nachgelaſſene guter, So von vns zu lehen ruren, auſs verſewmlickeit, das dieſelben zu rechter zeyt nicht geſucht, an vns, als den lehenherrn, komen vnd gefallen, das wir demnach aus ſondern gnaden vnſeren lieben getrewen hanſen vnd henningen, geuettern, den kerbergen, vnd Iren menlichen leibs lehnserben Solche nachgelaſſene lehengutter zu rechtem Manlehen gnediglich gelyhen haben, Nemlich Im dorff zu kerberg IX hufen vnd XIIII wurde mit Teichen, wiſchen, holczungen, greſungen ausflüſſen vnd einfluſſen, Item ein hoff vnd ein hufen zu vettyn, darzu das halb Schultengericht vff der wuſten veltmarck zu Lindtbeck, vnd leihen obgenannten hanſen vnd henningen der kerbergen vnd Iren Menlichen leibs lehens Erben vargeſchriben lehengutter etc. Datum kolen an der Sprew, am Mantag Nach Aſſumptionis Marie, Anno etc. XIIII.

Nach dem Churm. Lehns-Copialbuche XXXIII, fol. 39.

CDXVII. Cardinal Erzbiſchof Albrecht, Biſchof von Halberſtadt, confirmirt einen neuen Altar in der Pfarrkirche St. Nicolai zu Oſterburg, am 2. September 1514.

Albertus, dei gracia Archiepiſcopus Magdeburgenſis, primas, Confirmatus Moguntinenſis, Sacri Romani Imperii Archi-Cancellarius In germania, princeps Elector, Adminiſtrator halberſtadenſis eccleſiarum, Marchio Brandenburgenſis. Ex parte circumſpecti viri vylcken kurdis, laici et oppidani oppidi oſterborrg halberſtadenſis noſtre dioceſis, nobis in chriſto dilecti expoſitione certa coram nobis eſt deductum, Qualiter ipſe bono deuotionis zelo concitatus In laudem dei omnipotentis ac diuini cultus augmentum necnon In ſue, parentum, vxorum ac liberorum ſuorum omniumque fidelium ſalutem animarum quoddam beneficium eccleſiaſticum ſine cura ad altare ſub vocabulo Sanctorum Quattuordecim auxiliatorum In eccleſia parrochiali Sancti Nicolai Ibidem In Oſterborg erigendum et conſecrandum de ſuis bonis et facultatibus iuſte conqueſitis, conſenſu plebani eiuſdem eccleſie ad id accedente, inſtaurare, erigere ac fundare inſtituit, Ipſum decem marcis Stendalienſ. monete annui et perpetui redditus pacto reemptionis pro ducentis marcis Stendalienſ. In bonis et poſſeſſionibus Jacobi et Johannis Schulten In Beſendall, Thome proyan In Meſeberge, Achim Ruweſtre In wolterſlage, Nicolai Ruweſtre In Lichterfelde, Georgii Berndis In wolterſlage et henningi Ruwen In werchlippe, laicorum, de conſenſu et voluntate dominorum feudi pro continencia litterarum reemptionis ac fundationis deſuper confectarum, quarum tenores tamquam pro Inſertis amplectimur, comparatis, dotando Simulque promittendo ac ſe nobis obligando, quod ſi in predicta ſumma decem marcarum annui redditus pacto reemptionis vt ſupra dictum eſt, empta aliquid deficeret vel deeſset, Illas decem marcas complete ſe empturum, ſoluturum, donaturum Ita, quod quelibet marca annui redditus pro viginti marcis Stendalienſ. nec minori precio ab ipſo funda-

tore ſoluatur cum ordinationibus infraſcriptis videlicet, quod huiuſmodi benificii noui pro tempore poſseſsor ad quattuor miſsas hebdomadales In dicto altari celebrandas pro ſubleuatione et vſu predictorum cenſuum teneatur diebus et horis, dum et quandocumque id ſua deuotio expoſcere videbitur prouiſo tamen, quod idem poſseſsor ſingulis terciis feriis vigilias, et quartis feriis miſſam pro defunctis legat pro ſalute fundatoris et omnium fidelium defunctorum ſpecialiter deprecando. Si vero feſtum aliquod celebre In feriam quartam venerit, poterit miſsa pro defunctis in alium diem precedentem vel ſubſequentem differi, Quodque idem poſseſsor annuatim quattuor ſolidos de redditibus et cenſibus prefatis vitricis eiuſdem parrochialis eccleſie pro miniſtrandis pane et vino ad ſacrificium exſoluet, plebano quoque ablationes In dicto altari factas preſentet, Nec ad alia onera preterquam ad reſidenciam perſonalem et continuam ſub pena priuationis omnino ſit aſtrictus; Jus vero patronatus ſeu preſentandi predictus Inſtaurator ſibi pro hac vice et prima collatione reſeruauit, discretum Jacobum Kurdis, filium ſuum, preſentando, volens, ut idem Jacobus ad reſidenciam minime teneatur. De hinc ad Conſules ſepedicti oppidi Oſterborg Jus patronatus ſeu preſentandi deuolui atque apud eos perpetuo remanere decreuit, Qui tempore vacationis aliquem ex eiuſdem fundatoris genealogia procreatum magis idoneum, dummodo commode repperiri poterit, vel alium eiuſdem progeniei non obſtante, quod defectum in etate et competenti eruditione paciatur, dummodo tamen infra paucos annos ad ſacerdotium promouendus fuerit, preſentabunt, qui de eodem beneficio, donec ad etatem legittimam peruenerit, abſenciam recipere poteſt atque per preſbiterum idoneum onera eiuſdem beneficii ſupportare valentem laudabiliter eidem ſeruire. Si autem nemo ex eadem progenie ad hoc abilis repertus fuerit, Extunc alium quendam preſbiterum honeſtum ſeu infra anni ſpatium promouendum ad huiusmodi beneficium preſentare poterunt, Ita quod primus huius noui beneficii prenominatus poſseſsor vnacum omnibus ſuis ſucceſsoribus ipſius eccleſie plebanum in aliquo non grauabit, Sed eiuſdem eccleſie conſuetudines pro more aliorum altariſtarum diligenter obſeruabit, Quibus quidem omnibus et ſingulis rite ut premittitur, laudabiliterque preordinatis, fuit nobis pro parte eiuſdem fundatoris attencius ſupplicatum, quatenus huius erecti noui benificii inſtaurationem, ordinationem et dotationem auctoritate noſtra ordinaria admittere, ratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur petitionibus huiusmodi tamquam iuſtis et rationi conſonis annuentes etc. Datum hallis In arce diui Mauritii, anno domini Milleſimo quingenteſimo quarto decimo, die Sabbati, ſecunda menſis Septembris.

Aus dem Halberſtädtiſchen Litterarium des Adminiſtrators Albrecht de 1514 ff. im Königlichen Provinzial-Archive zu Magdeburg.

CDXVIII. Heinrich Kater in Schwarzholz verpfändet eine Hufe Landes mit Genehmigung Albrecht's und Hanſes von Oſterholt, am 25. Januar 1516.

Vor Alſweme —, Bekenne ick Hinrick Kater, wanhafftig in dath Swarteholt, vor my, myne huſſrouwe, vnſer twiger rechten eruen, vor myne Broder vnd alle erues nakamelinghen, dat ick myt frigen willen vnde wolbedachten mode recht vnde redeliken verkope vnde verkofft hebbe